



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

40 Occasio primarum permutationu[m] beneficialium è Schismatibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

brata, nempe sub annum Christi millesimum centesimum sexagesimum quartum sicut ad Siegeberti Gemblacensis Chronica videmus adnotatum. Reperit itaque nobis hoc permutationum beneficialium ius primū Gallia, cuius mali mores per tēpora planè schismatica (dum alij Clericorum Frederico Imperatori in ecclesiam catholicam sœuienti, alij falsis adherere Papis, alij legitimo suo coniungi desiderabant Pontifici videlicet Alexandro III.) bonarum constitutionum harum primam dederunt occasionem. Contextus integer ex editionibus antiquis erit examinandus.

40
Occasio primariū permutationum beneficialium è schismatibus.

Ait Pont. *Commutationes Prabendarum.* Permutationem dicas an commutationem nihil refert. res est eadem. quam vel definire vel describere nihil attinet, cum satis nota sit ex iure civili l. i. ff. de rerum permutat. quin & ex apertissima per sese vulgoque notissima vocis acceptione, rei scilicet pro re datione. Quamquam semper meminisse debemus ac mordicus retinere, id quod ex eadem l. i. fere depromptum Pontifex inculcat alibi, Permutationem inter contractus bonæ fidei computari neque cum alio quàm cum Domino vel cum eo qui habebatur loco Domini legitime posse celebrari. c. cum venerabilis. vers. ad hæc. in verb. cum permutatio. de except. Quo ex fundamento non paucarum dependet quæstionum grauissimè controuerti solitarum resolutio. quarum princeps & prima sit hæc, An ex causa permutationis resignari beneficium possit alicui

41
Permutatio quid.